Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25959
Copyright: Admont, Benediktinerstift



16.

Qđ supius in luna. hoc hic in ficulnea. anima uidelicet hominis. qđ ibi in stellis. hoc hic in arbore. sensu uidelicet bonis accipe possum. Hec ministre per ficulneam anima significat. habet enim aliqđ in se. qđ apte ad animam referat. duplex uidelicet fructus quem gignit. qui et duplicem aliquem fructum animę figuraliter exprimit. Hec ministr. primo enim mittit egros sos suos. immaturos fructus et amaros. deinde profert ficus. que sit fructus suauis et maturus. Sic et anima. Nam cum prima sit omnis etas in malis adolescentia sua. omnis pene anima primo profert fructum malum. fructum amarum. qđ sunt peccata et uicia. deinde ubi diuinę uisitationis gratia rigari cepit. profert fructum suauitatis. fructum uidelicet iustitię et ueritatis. Quid est autem qđ ficulneam iubem uidere. in qđ omni modo circumspectionis custodia animę nitę debemus immittere. ne aut ex cogitationibus desidius bus sęculi aut uoluptatibus aliqđ ei insidiat. qđ ab improuiso ueniens in nube filii hominis uisione. oculum mentis retardare ualeat. Hinc ait salomon. Omni custodia serua cor tuum. Sed et in minori instantia. in minori uigilantia exteriores sensus nros quos per arbores significari diximus. ad proferendos de thesauris fructus iustitię obseruare debemus. Alit enim aestiua illa et iocunda diuini caloris et amoris serenitatem in puenientem. de qua dicit dns in sequentibus. Cum produxerint ficus fructum suum. Sensus quo propre est estas. III Qui est fructus iste. fructus uniq; ille de quo dicit apls. fructus autem spes. pax. gaudium. benignitas. certaq; his similia. Huiusmodi fructum cum produxerit per gratiam dei cepimus. certum est. qđ prope sit estas. feruida et serena diuini uisitationis claritas. Subiunxit deinde dns et ait. Ita et uos cum uideritis hec fieri. scitote quod prope est regnum dei. Cum fieri in nobis hec uiderimus. qđ et anima nra bonis intenta est sensibus. et corpus nrum bonis instat actibus. hec est certitudo quedam qua certificamur regni dei. qđ hic per splendorem uisitantis gratię ipsi in homine mchoatur. et in futura uita glosius perficiet et consummat. SEQVITVR